FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

# Oratio || DE || SIMVLACRIS || VIRTVTVM, API-||BVS A NATVRA || IMPRESSIS: || habita || IN COLLEGIO ORATORIO || Clarissimi viri Dn. M. IOANNIS SIMONII ...

Simonius, Johann

Rostochii, 1600

VD16 ZV 31070

Widmung

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149989

Visual Library

# CELSISSIMIS AC ILLVSTRISS. PRINCIPIBVS ET DOMINIS

## Dn. IVLIO ERNESTO
## Dn. FRANCISCO
## Dn. AVGVSTO,

*FRATRIBVS GERMANIS DVCIBVS BRVNſvicenſibus & Lunæburgenſibus &c. Dominis meis clementiſſimis.*

ILLVSTRISSIMI DVCES, DOMINI CLEmentiſsimi. Rerum omnium genitor & effector DEVS, cùm in alijs naturis, tùm præcipuè in apiculis minutiſsimis beſtiolis, pietatis, induſtriæ maximarumque virtutum ſimulacrum mortalibus propoſuiſſe, & velut excelſum naturæ miraculum ſtatuiſſe videtur; ut naturæ ſpeculatores atteſtantur; ut Maro Latiæ poëſeos apex de apibus nobis perſuadet, ut ipſius animalculi natura humanæ æmula, tacitè quaſi clamare videtur: adeo, ut quantum apiculæ corporis mole à grandibus ſuperantur animalibus, tantum ab apiculis bruta iſta ſuperentur, ſapientiâ & virtutibus. Requirimus enim benè moratæ civitatis in brutis imaginem? ſuppeditant apes. requirimus in ijsdem ſapientiæ, prudentiæ, pietatis, induſtriæ effigiem? ſuppeditant apes. deſideramus fortitudinis & concordiæ argumenta? in apibus abundant. poſtulamus, temperantiæ, frugalitatis aliarumque virtutum præſtantiſſimarum illuſtria ſigna & documenta? in apibus ſunt conglobata, adeò ut propter temperantiam apes ad uſque annum triceſimum vivere compertum ſit. Hæc & alia à me collecta & brevi oratiuncula delineata V. C. cum debita ſubjectione reverenter offero, dedico, conſecro; tum quòd debitæ gratitudinis ergo id facere debui, quod ſub Celſ. V. imperio parentes mei vitam tranquillè agunt, tum quod mos ab omni vetuſtate acceptus id poſtulat. Interim opto clementer hæc à vobis accipi: & voveo, veſtras Celſitud. & Illuſtriſſ. matrem, cum tota domo Lunæburgenſi divinitus conſervari, gubernari, ampliari. Benè & feliciter valete

*V. V. V. Celſſſ.*

*ſubjectiſſimus*

*cliens*

*Franciſcus Prætorius*

*Dannenberg.*